UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

SS. Patrum, & Doctorum Concordia sub Papis in Sæculo IV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Visual Library

iam petito baptiſmo à Sancto Ambroſio. 392

48. THEODOSIVS *Magnus in Oriente barbaros debellat.* 379

Æger protinus ſe baptiZari curat. 380

Edicit pro ſeruando ieiunio Quadrageſ: Catholicis restituit eccleſias pulſis hæreticis: Iuſſu Damaſi conuocat Conc. Generale. 381

Arcadium ortennem creat Auguſtum, traditque eum & Honorium Arſenio, cui ſedenti vult adſtare aperto capite: Approbat ſententiam Conc. Conſtantinopolitani de Conſubſtantialitate. 383

Reſcribit contra quoslibet Sectarios. 384

Reſcribit pro Clericorum immunitate. &c. 385

Ductur us in Maximum conſulit Anachoretas; ab ijs accipit arma, vincit, Valentinum conuertit, reſtuuit Imperio. 388

Romæ triumphans abolet idololatriam. 389

Ob cædem Theſſalonicæ excommunicatus pœnitet. 390

Reſcribit contra Iouinianum, apoſtatas, hær.

Caput Baptiſtæ transfert. 391

Pie ſe parat ad bellum contra Eugenium: 394

Vincit miraculoſe: moritur, lugetur. 395

Concilia Generalia Sæculi IV. conſona Papis.

Duo fuerunt. NICÆNVM contra Arianos, *an.* 325.

Et CONSTANTINOPOLITANVM contra Macedonium, *an.* 381.

PROVINCIALIA complura fuerunt. Vide *in Varijs*.

SS. Patrum, & Doctorum Concordia ſub Papis in Sæculo IV.

I. LACTANTIVS Firmianus Rhetor, Criſpi Cæſ. præceptor, *anno* 300. Chriſtianus factus contra Gentiles defendit Chriſtianos; ex pauperrimo enectus per Tullianam eloquentiam.

Quia ſcripta eius erroribus paſſim ſcatent, S. Gelaſius Papa merito voluit ea inter apocrypha cenſeri.

EVSEBIVS Pamphili Cæſarienſis Epiſcopus Arianorum ſignifer & Princeps, ait *S. Hier.* in Palæſtina Baptiſmum Conſtátini falſo deſcribit, *an.* 324. quod eum Euſebius Nocomedenſis Arianus ſenem baptizaſſet. Eius ſcripta plane ſunt malæ fidei, vt hypocritæ hæretici, ambientis Sedem Antiochenam.

An. 325. ad Conc. Nicænum venit pro parte Arianorum.

An. 340. præſedit conciliabulo Tyrio pro parte Meletianorum, contra S. Athanaſium. Moriturque in hæreſi an. 340. IVVENCVS Presbyter & Poeta Chriſtianus Euangelia quatuor carmine complexus eſt ſub *an.* 330.

S. ATHAN. duodennis æquales per luſum baptizat *an.* 311.

Vidit id Alexander Epiſc. Alexan. noluit iterari baptiſmum, ſed ſolas ceremonias ſuppleri. Ipſum cum baptizatis, cum parentum conſenſu, tradidit eccleſiæ ſuæ nutriendos. Arianorum aculeus fuit & malleus: dira perpeſſus miraque patrans clarus miraculis obdormit *an.* 372. cum geſſiſſet Epiſcopatum an. 46. Eius ſcripta non extant omnia.

SERAPION Epiſcopus, à S. Athanaſio ordinatus ſcripſit contra Manichæos, In pſalmos.

S. HILARIVS Epiſc. Pictauorum creatur ex vxorato, *an.* 315. *An.* 316. ob defenſionem S. Athanaſii mulctatur exilio ab Conſtantio. *An.* 357, tamen de lapſu Liberij iniquè cenſet, vt qui ὁμοιουσίας Arianorum ſubſcripſiſſet: cum Zozomenus, Auguſtinus. &c. contrarium affirment. Fuit Idem in Nicæno, totaque Gallia malleus Arianis cõfutandis; cui Centuriatores falſo tribuunt hæreſin Hilarij Diaconi Romani de Anabaptiſmo hæreticorũ. Moritur *an.* 369. 13. *Ianu.* Scriptis, rebuſque geſtis in vita, poſt vitam miraculis clarus.

DIDIMVS Alexandrinus à puero cæcus plurima dictauit Origeniſmo infectus, *an.* 372.

S. OPTATVS Mileuitanus Epiſ. ſcriptis refutauit Donatiſtas, nomen *Catholici* ſibi arrogantes, *an.* 321. meruitque inſeri tabulis eccleſiaſticis *an.* 368. ſancte vita perfunctus.

TYTVS Poſtremus Epiſc. Manichæos oppugnauit, in Matthæum & Lucam Commentatus vixit ſub *an.* 365.

S. CYRILLVS Ieroſolymitanus Epiſc. creatus *an.* 351. exagitatur ab Acacio Ariano: *an.* 359. à Conſtantio Imp. Ariano abdicatur: *an.* 381. intereſt Conc. Conſtantinop. diemque obit *an.* 387. Scripſit Catecheſes, & de apparitione S. Crucis ad Imp.

S. EPHRÆM Diaconus Edeſſenus *an.* 365. prius Eremiticen diu coluit: Scorto eum depereunti, ſeque offerenti offert concubitum in foro publicum; confuſamque cõuertit in monacham. Eius miranda viſio ad commendationem S. Baſilij: Oſor magnus librorum hæreticorum; quod in Apollinaris libro conglutinato oſtendit: ex quo Apollinaris inuidia concepta extabuit. Ne fieret Epiſcopus, ſimulabat dementiam, vt raptores eius ad Epiſcopatum eo relicto fugerent. Moriturus iubet pro ſeſe preces offerri. Scripſit pia magis, quam Docta.

S. BASILIVS Cappadox, *an.* 354. S. Greg. Nazianzeno familiaris, *an.* 362. cum hoc ad aulam Iuliani vocatus venire reſpuit; Monaſticenque profitetur. *An.* 365. Semiarianos Lampſaci in Concilio prodit; Arianorum terror. &c. Diuinitus teſtata fit eius Sanctitas S. Ephræm *an.* 370.

An. 375. Monachos à Valente Imp. ad militiam coactos conſolatur. Obdormit *An.* 397. Concionanti viſus S. Spiritus ſpecie columbæ aſſiſtere.

S. GREGORIVS Nazian. Theologus, S. Baſilio familiaris, *an.* 354. quo autore Monaſticen inijt *an.* 362. Euocantur ex eremo Pontica ad Eccleſiæ contra Arianos defenſioné *an.* 366. Orãtq; pro anima fratris Cæſarij defuncti *anno* 368.

Conſtantinopolim vocatus calũnijs A-

i 2 riano-

rianorum inſuſpicionem hæreſios adducitur, *an.*378. Obornat⁹ ab Arianis in eum ſicarius, *an.* 382. pœnitens veniam petit.

*An.*381. intereſt Conc. Conſtantinopolitano, poſt quod ſe abdicat Epiſcopatu.

*An.*384. Eleuſium Præfectum corripuit ob Eccleſiæ neglecta ieiunia. Obit ſancte *an.*389.

S. EPIPHANIVS Cypriorum Epiſcopus cæteris pleriſque Epiſcopis exilio pulſis per Arianum Conſtantium, ſolus remanſit, *an.*370. In diſſidio cum S. Ioa. Chryſoſtomo alter alteri mortem prædicit, *an.*402. & euenit.

S. AMBROSIVS Mediolani Epiſcopus inuitus *an.*374. Clerum & Sacra reformat *an.*377. Reſiſtit Iuſtinæ Imp. tēplum Arianis poſcenti, *an.* 380. *&* 386. & in Conſiſtorio Imperatoris de rebus fidei diſputare renuit.

Econtra Auxentium diſputanti loquitur ad aurem Angelus.

*An.*387. Reliquias S. Geruaſii & Protaſii inuenit.

*An.*388. Theodoſium Imp. pœnitentem ab excommunicatione abſoluit, inflictam ob cladem Theſſalonicēſem. Moritur *an.* 397. miraculis, & ſcriptis, rebuſque geſtis iuxta inclytus.

S. PHILASTRIVS peracris Arianorum impugnator, hæreſium catalogum pertexuit ad vſque ſua tempora, claruit *an.*330. S. Philaſtrius autem Epiſc. Brixiæ item Arianorum inſectator claruit ſub *an.*569.

S. GREGORIVS NYSSÆNVS S. Baſilij frater ex coniugato creatur Epiſcopus *an.*369.

A Valente Imp. in exilium pulſus diu, *an.*381. intereſt Conc. Conſtantinopolitano Generali. Scribit librum de peregrinatione, *an.*386.

S. HIERONYMVS *an.*377. eremi expertus delitias dilaudat: Romam euocatus *an.* 382.

S. Damaſum PP. iuuat in Decretalibus epiſtolis: Iouinianumq; confutat, Heluidium ac Luciferianos. Sub Siricio PP. *an.*385. Clero peroſus Romano diſſolutiori, & exagitatus Ieroſolymam confugit.

*An.*390. Scribens pro Virginitate cōtra Iou nianum, calumniam incurrit de nuptiarum deſpectu.

*An.*399. conclamat aduerſus Originaſtas.

*An.*401. Vigilantium confutat; & *an.* 410, Pelagium. Moritur octuagenarius *an.* 420. Leo appictus eſt hieroglyphicum ipſius.

THEOPHILVS Alexandrinus Epiſc. familiaris S. Hieronymo per literas, *an.*393. ſtrenuus contra Origeniſtas: *an.*403 S. Chryſoſtomum iuuat deponi epiſcopatu iniuſtè: idque iterato, impulſus ab Eudoxia Auguſta, *anno* 404. Qua cauſa vel poſt obitum S. Chryſoſtomi excommunicatur à Papa *an.* 407. Demum tamen pœnitens, & imaginem S. Chryſoſtomi rite veneratus obit *anno* 412.

S. SEVERVS SVLPITIVS ciuis Romanus, *an.*394. renuncians ſæculo Monaſticen profitetur.

Honoratus à S. Paulino, ſcribit vitam S. Martini, mittitque S. Paulino *an.*397.

Infectus Pelagianiſmo S. Auguſtinum

num defunctum ſugillat: ſed agnoſcens ſuum delictum, id indicto ſibi perpetuùm expiat ſilentio. Diem obit *an.* 431.

S. PAVLINVS NOLANVS Romæ Conſularis omnibus abdicatis, cum vxore cœnobium ingreſſa, ipſe Monaſticen Nolæ profeſſus, *an.* 394. ab Epiſcopis Africanis honoratur.

An. 398. Romam ad Limina Apoſtolorum peregrinatus à PP. Anaſtaſio honorifice excipitur.

An. 431. Sancte obit ab Sanctis ante vita perfunctis prius viſitatus in morbo.

Paladius Galata Origeniſta, exagitat S. Hieronymum *an.* 388.

Ruffinus Aquileienſis à Dydimo Cæco erroribus infectus Origenis, fit dux eorundem, & S. Hieronymi ſæuus calumniator. Alijque tales.

S. IOANNES CHRYSOSTOMVS *an.* 370. inuento libro Magico adoleſcens capitis incurrit periculum.

Init eremum, *an.* 382. tentatus grauiter eximia ſcribit.

An. 386. auguratur Sacerdos ex reuelatione; *an.* 397. creatur Epiſcopus Conſtan. *an.* 398. reformat Clerum. *an.* 400. Pulſos Ægypto Origeniſtas ſpe concordiæ fouit; dein expellit eoſdem. Componit hymnos eccleſiaſticos contra Arianos.

Vnde *an.* 401. At de Origeniſmo ſuſpectus: *an.* 403. deponitur Epiſcopatu in Synodo, iniuſte; idque iterato *anno* 404. ideoque prouocat ad Papam: Exul decedit *an* 407. clarus miraculis, rebus geſtis ac ſcriptis.

Dogmata Eccleſiæ Romano-Catholicæ Sæculi IV. Nouatoribus contraria, Exempli gratia.

I. *Veritatis Corporis Chriſti in Euchariſtia* aſſerit *S. Athanaſius* l. de Chriſti imag. *Nyſſ.* orat. catech. *Cyrillus* in Myſtagog. Plures collegit Garetius.

II. *Miſſam eſſe Sacrificium* docet *Nazia.* orat. 1. in Iulianum. *Ambr.* ep. 33. & lib. 4. de Sacram. *Athanaſ.* q. 34. ad Antioch. *Hier.* ad Helbidiam. *Baſilius Amphilochius, Cyrillus, Chryſoſtomus* Miſſas ſcripſerunt, ritusque Officii apoſtolicos. *Baſil.* c. 17. de Sp. Sancto.

III. *Sacramentum Confirmationis* docet *S. Ambr.* l. 3. de Sacramentis.

IV. *Confeſſionem auricularem & ſatisfactionem* aſſerit *S. Ephræm* de compunct. cordis c. 3. *Hilar.* in Pſal. 118. *Pacianus* ad Simpronianum. *Epiphan.* in Panario: & quotquot ſcripſerunt contra Nouatianos.

V. *Liberum arbitrium* aſſerit *Athanaſ.* contra Gentes. *Baſil.* l. 3. contra Eunom. *Epiphanius* in Panario l. 1. *Hier.* in ep. ad Cteſiphontem. *Nyſſ.* l. de lib. arb.

VI. *Opera bona ad iuſtificationem & ſalutem neceſſaria* aſſerit *Ephram* l. de beatit. animæ. *Hier.* in Iſa. lib. 8. & in Daniel. 4. *Nyſſ.* orat. 2. de amandis pauper. *Hilar.* can. 7. in Mat. *Ambr.* ep. 82.

VII. *Primatum Romani Pontificis* aſſerit *Ambr.* in 1. Tim. 3. *Hier.* ep. ad Damaſum. *Concilium Nicænum.*

VIII. *S. Imaginum cultum & vſum*